






4

FEBRIS. 

D I A L O G V S

H V T T E

N L

C V S.



F E B R I S, D I A L O  
VLRICHI DE  
HVTTEN EQV. FE  
BRIS DIALOGVS.

Interlocutores Huttenus & Febris. HVT.



VINTVABIS,  
quam oportuit primo sta-  
tim die exigere, tam mole-  
stam hospita. Atq; audin?  
Abi, abi apago. FEBR.  
At ex tua simul humanita-  
te, & ueteri Germanorum  
instituto fuerat, hospitium  
saltem commonstrare abe-  
unt. Quaquam te iterum,  
si fieri potest, oro, ne expellas hoc hyemis, incertam quo  
diuertendum sit. HVT. Tibi dico primum, abi, Ad  
hospitium deinde quod pertinet, Vides hanc portam?  
per eam descenditur recta. FEB. Duc me age, uerum  
ad aliquem duc uoluptarium, diuitem, potentem, cui  
equi sint, ministri, comites, & familia copiose, & uestes,  
& horti, & balnea. HVT. Hospes est hic ipse, ad quem  
duco, sed non caret his, ac utitur credo. Atq; eccam tibi  
domum. Agit ibi magno cum comitatu Cardinalis S.  
Sixti, Roma huc profectus, pecuniam a nobis ut petat,  
in bellum contra Turcas quam insumant Romanenses  
isti, magno iterum apparatu expeditionem mouentes,  
periti bellatores, obnoxium tibi genus. Age, occupa,  
Cubat autem in palla purpurea, supinus, inter complu-  
ra circum aulae, & ex argento coenat, ac auro bibit, ita  
delicate

G V  
delicate  
tum hab  
absimile  
& ferina  
lachrym  
Obq; h  
& ebric  
appetit  
Surdæ  
bi hosp  
cui sic i  
tibi uid  
Quam  
cilentu  
capite  
tius Ca  
nans?  
semun  
gnific  
tio cui  
sordid  
tet: F  
do ber  
stut: A  
puisse  
din? h  
dama  
pran  
datur  
natur  
man  
dinal  
dicti

G V S H V T T E N I C V S.

delicate, ut neget in Germania esse homines, qui palatum habeant. Damnatque perdices hic & turdos, Italicis absimiles dicens, ac nihil sapore respondentem. Nauseat & ferinam, ac panem insipidum uocat, ac uinum bibens lachrymatur, Italiam clamans, & Curficum inuocans. Obque has imprimis causas Barbariem nobis imputat, & ebrios uocat. Nec per quattuor menses, adhuc semel appetitui satis fecit, ganeam & saporum inopia. FEBR. Surdae cantilenam hanc. HVT. Quid? Non aptus tibi hospes? aut quemquam hic inuenies magis principem, cui sic inclinent alij, & congenudent? Aut non dignus tibi uideatur febre? FEBR. Etiam Podagra. HVT. Quam ob causam non placet igitur? FEBR. Ille macilentus? Ille gracilis? lunceus? & exuccus? Ille obstipito capite? Ille nuper inter fratres, atque adeo caesarios? nouitius Cardinalis? per reliqua uetus? Ille tribus oculis conuans? Cuius ego cocum redeuntem saepe a foro cum carnis femuncia uideo? HVT. Inuertis omnia. Ille inquam magnificus, ille reuerendissimus. Ille a latere, cuius est dominatio cuius paternitas, cuius clementia. Quem credibile est, sordide uitam degere, cum Germanos satis lautos non putet? FEB. Ut uiuat ipse, nihil pugno. Me uero quomodo bene habebit, qui suos omnes male pascit, male uestit? Ad cuius aedes ubi compulsaessem nuper, & me increpauisset ianitor, petissemque aliquot ibi dies hospitari, audin? hos inquit strepitus? Audio dixi. Erat autem quidam aliquid quasi petentium pulsus. Panem ait rogant pransi domestici. Panem inquam ego? Atque ita parce datur hac in domo cibus, ut ne panis quidem satis apponatur? Ita parce inquit, Tum puluilli non sunt, aut pluma nullaque omnino mollities, praeterquam ea, cui se Cardinalis ipse deuouit, & in qua delitatur. Verum is maledictionibus aduersum te instructus est, excommunicaturus.

L O  
DE  
FE  
S.

V T.  
A BIS,  
rimo sta-  
am mole-  
audin?  
FEBR.  
umanita-  
nanorum  
ospitium  
rare abe-  
e iterum,  
certa quo-  
abi, Ad  
portam?  
e, uerum  
ntem, cui  
& uestes,  
ad quem  
cam tibi  
inalis S.  
ut petat,  
nanenses  
uentes,  
occupa,  
comple-  
bibit, ita  
delicate

F E B R I S. D I A L O

turus, statim, ac latū intrò pedē accesseris. Legatus est  
 enim Leonis Maximi, male & bene ut meret quis, aut  
 ipsi uisum fuerit, precari potens. Dictum putauit, atque  
 abiens, te inueni benigniorem statim hospitem. HVT.  
 Tum me tenuius ut uideo cœnare oportuit, quem tu  
 nunquā, si meminero, inuenies hos apud Sacerdotes,  
 largius epulantem. Verum isti tibi opifices, inepti sunt  
 opinor & ipsi hospites. FEBR. Qui me partim inedia  
 procul arcent, partim corporis exercitio longe protur-  
 bant. HVT. Ad principum te autem domos, aut illo-  
 rum diuitum quid si adduxero, aut mercatores, atque  
 adeo Fuccheros tibi si indicem? FEB. Nihil, cinctos  
 omnes turba medicorū inueni accedens aliquādo. Pro-  
 inde & apud ipsos non est locus, duc aliò, per meum il-  
 lud in te uetus beneficium oro. HVT. Per quod tuum  
 beneficium? Quam mihi fictionem narras? Tu autem  
 beneficium afficis, quos habes? FEBR. Te omnium maxi-  
 me. An excidit, octauo ab hinc anno quā te studiosum,  
 quā pietati deditum, & quā patientem te reddide-  
 rim, quartana quando adfui, sex non amplius menses?  
 HVT. Immo ualde quando cruciabas tu me, ego cōtra  
 tui tædio, impensius studia colui. Verum agnosco con-  
 silium. Ad illum te refers defensorem tuum, qui ista in-  
 struxit oratione, qua uteris, apud eos quibus per risum  
 etiam molestiam accumulās, fingendo studiosos facere  
 te, & ingeniosos. Quod si uera sunt, quæ de tuis ille be-  
 neficijs commemorat, quare non item ualentior me  
 reddidisti post, cum ille dicat, à quartana quod conua-  
 luerit semel, eum rectius ualiturū post, quā unquam  
 prius? At ego, tot illos a tuo discessu annos agrotavi,  
 alijs atq; alijs continuo morbis. FEBR. Quia derelin-  
 quendi tui consiliū haud dum cœpi, & tunc quidem ut  
 mox reditura abscessi. Nunc uero nisi in aliquod me dis-  
 gnum

G V  
 gnum a  
 ne adhu  
 uidebit  
 le obuli  
 At te eg  
 alijs ut  
 cam tibi  
 FEB M  
 ibi mor  
 annum  
 aut He  
 induci  
 deuora  
 tet, nu  
 quia c  
 hâc me  
 uentes  
 rata cu  
 intra c  
 ris ex  
 scium  
 FEB  
 confes  
 uifam  
 cos, q  
 to ad  
 ercen  
 nire t  
 pasto  
 uiter  
 suspic  
 osten  
 metu

gnum auertis hospitium, dico tibi ut propositum est meum, ne adhuc quidem deferam, ac irato etiam adero, totos si uidebis sex aut septem annos. HVT. At ego tribus ut ille obulis interdum obsonabo, & abstemius uiuam. FEB. At te ego delicatum reddam, per mei affectionem alia ex alijs ut concupiscas. HVT. Tunc medicos superinducam tibi, & illum statim magna cum fiducia Stromerum. FEBR. Haec medicos, haec Stromerum, quasi tuos ego ibi mores haud sciam, qui aegrotare malis totum libenter annum, quam illud semel aut iterum uorare Ra barbarum, aut Hellebori scrupulos duos. Quin illum mihi superinducis, qui uidens auenae granum in aegri lotio, equum deuorasse eum putauit. HVT. Quod cauere me oportet, nunc autem alios iterum ad hospites traducam. Et quia cum uoluptarijs illis negotium tibi effedicis, sequere hanc me, ad illos abimus fratres, molliter per omnia uiuentes, uel hoc argumento, quod obesi sunt, & bene curata cute, tum iucunde uiuunt & suauiter, moranturque intra cellas, raro ad illud quod obesse tibi uideo, corporis exercitium abeuntes. Bibunt autem uinum, & esu piscium utuntur intemperatissime. En te dignum hospitium. FEBR. Non abducis, Audiunt enim muliercularum confessiones, & incantamenta discunt, quibus uel procul uisam me abigunt. HVT. Vinum ad illos igitur Canonicos, quibus eadem ista affatim, & copiosius adhuc multo adsunt, nisi quod equitant interdum, & uenantur, exercendi simul & oblectandi sui gratia? Omnino conuenire tibi existimo, si quidem petis succulentos, & benepastos aliquos, qui opipare coenant, molliter cubant, suauiter otiantur, & nequid esse aduersum te munimenti suspiceris, secure uitam degunt, illis medium digitum ostendentes medicis, quos tu nescio quomodo in tantum metuis, apud Fuccheros, cum plerumque magis aegrotent  
a iij quibus

egatus est  
quis, aut  
ui, atque  
n. HVT.  
quem tu  
cerdotes,  
nepti sunt  
m inedia  
e protur  
, aut illo  
es, atque  
l, cinctos  
ado. Pro  
meum il  
od tuum  
u autem  
ui maxi  
diosum,  
reddide  
menses?  
go contra  
osco con  
ni ista in  
er risum  
os facere  
s ille be  
orem me  
l conua  
inquam  
grotavi,  
derelin  
idem ut  
d me di  
gnum

F E B R I S, D I A L O

quibus ipsi adsunt, quàm qui, ut apud Saxones, sine me  
 dicis aetatem degunt. Scilicet medicos contemnunt hi,  
 quos dixi. Præterea supini ut plurimū iacent, & in bal-  
 neis delitiantur, aguntq; conuiuia creberrime, & inter  
 scorta ebrij ad multam plerūq; noctem desidēt. Quos fit,  
 ut crudis sint stomachis, & subinde male concoquant.  
 FEBR. Est hoc quidem aptum febrī genus, ac digni  
 uidētur huiusmodi, quibus quàm diutissime cohabitē.  
 Sed uereor innumerabiles ne me ibi ægritudines præ-  
 uenerint, quādo quidem sic uiuūt illi, Putas tu aliquem  
 horum enim, morbo haud dum captum? & quem non  
 occupauerit podagra nuper, aut calculus, aut hydropi-  
 sis, aut Ischia, aut articulorum cruciatus, aut lepra, aut  
 morbus regius, aut caducus, aut Gallicus, aut pessima  
 quæq; scabies, aut Cancer, aut Polypus, aut Lupus, aut  
 Fistula, aut Angina? Aut qui manibus ac pedibus per  
 multam miser Ebrietatem tremat? aut laterū dolor quē  
 uexet? aut qui utcūq; affectus sit, quo minus febrī locus  
 esse possit? Nam & hæ quas dixi, & aliæ innumera pe-  
 stes, culinam sequuntur, mensas & cōuiuia quærunt, ac  
 cum delicatis illis, & pinguibus, habitare gaudēt, & ad  
 ferculorū ut ego uarietatem, & luxum, agminatim con-  
 fluunt. HVT. Confide, aliqui uacant enim, iste in pri-  
 mis Curtisanus, qui nuper ab urbe reuertēs, cum apud  
 quendam illic Cardinalem didicisset molliter uiuere, in  
 medias se repente delicias coniecit, agitque periucūde.  
 FEBR. Bibit uinū? HVT. Perbibit. FEBR. Cōdit  
 pipere, & cinamomo, & zinzibere, & gariophyllo?  
 HVT. Largissime. FEBR. Habet lectos, & tapetes,  
 & culcitrās plumis suffertas, & ceruicalia, & sericum?  
 HVT. Instructissime. FEBR. Tum pisces edit etiā?  
 HVT. Lurcatur, sed non nisi caros, & magni emptos,  
 amatq; perdices, & phasianos, & si leporem edat, pul-  
 chriorem

G V  
 chriorem  
 dicit, qu  
 HVT.  
 est inter  
 gotium  
 mania e  
 bene ue  
 Optat &  
 Inter  
 FEBR  
 ribus. F  
 suffoca  
 catenin  
 HVT.  
 nos cur  
 FEBR  
 FEBR  
 HV  
 sc

F I





G V S H V T T E N I C V S :

chriorem se fieri putat, iam autem longam hanc hyemē  
 dicit, qua caret a paragis. FEBR. Et lauat nonnūquā?  
 HVT. Cupidissime, & crebro. FEBR. Non auarus  
 est interim? HVT. Profusissime liberalis. FEBR. Ne  
 gotium est illi cū medicis? HVT. Odit infense, & Ger  
 mania expellēdos putat. FEBR. Pellitus est, aut aliter  
 bene uestitus? HVT. Immo ut ille apud Martialem,  
 Oportet & obscuras luces, uentosq; niuesq;

Inter sexcentas Bacchara gausapinas.

FEBR. Vereor ne me haud diu sustinere possit, his mo  
 ribus. HVT. Id tu uideris scilicet, quæ cur uelles statim  
 suffocare, quem diu tenere possis? FEBR. Si me deli  
 catenimis tractauerit. Verum heus tu, habet Musicos?  
 HVT. Et parasitos. FEBR. Et scortum habet, quod  
 nos curet? HVT. Quoddam molliculum & blandum.  
 FEBR. Habet uentrem? HVT. Iam extare illi incipit.  
 FEBR. Quod si me nō accipiat ille, tunc tu quo duces?

HVT. Circumducam. FEBR. At te ego circum

scribā. HVT. At te ego contemnam. FEB.

At te ego iugulabo. HVT. At tibi ego

oppedā. FEB. Febri? HVT. Tibi

Febri, suffragantibus inedia, ex

ercitio, sobrietate, & acta

duriter per omnia ui

ta. FEBR. Ten

tabo bene

fici-

arium illum, post

de te uidero. HVT.

Vt uoles, ego me hinc proripio.

FEBRIS, DIALOGI FINIS.

Mense FEBR. An. MDXIX.

STYONHTTYS

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through.









503  
Georgs-B.









4

FEBRIS.

D I A L O G V S

H V T T E

N L

C V S.

